78 N 13 [53] X 3012 568

CVM
VIR NOBILISSIMVS ATQUE DOCTISSIMVS DOMINVS,

DOMINVS
CARL. ERDMAN. KIERIZ

IN
CELEBERRIMA SALANA
SVMMOS IN JVRE HONORES
ET
PRIVILEGIA DOCTORALIA
IMPETRATVRVS
SVFFRAGANTE ILLVSTRI FACVLTATE IVRIDICA
PVBLICO ERVDITORVM CONFLICTVI
DIE MARTII M DCC XXII.
SESE COMMITTERET
IN
PERPETVAM AFFINITATIS ET AMICITIÆ TESSERAM
PAVCA HÆC GRATVLABVNDVS
OBTVLIT
J. W. Gerber.

MERSEBVRGI, TYPIS GOTTSCHIKIANIS.

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 13 [53]
AK
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697003-p0001-8

DVm docte ſcribis
Præſcriptionis
Quæ ſint Præiudicia
Paſſim inolita,
Affinis Æſtumatiſſime,
Mihi quoque
Leges *præſcribit*
Affinitatis,
Quod inter nos eſt,
Vinculum
TIBI
De hoc ſpecimine applaudendi!
Equidem
Scripſerunt & alii
de
Ardua, & abſtruſa
Præſcriptionis
Materia;
Sed
Veritati
Præſcriptum
Eſſe, haud putaſti,
Quin
Ea perpoliri poſſit
Amplius.
Et licet

Præ-

Præſcriptio & *Uſucapio*
Promiſcue
Capiantur plerumque,
Vt
Haud abs re ſit verendum,
Ne
Fronti illius inſcribatur
Stigma,
Qui
Hos confuſionis terminos
A
Præiudicatis opinionibus
Altè deſcriptos,
Vſuque inveterato,
Quaſi immotos,
Movere,
Ac,
Quod vtriusque diſtincta
ſit
Indoles,
ſatageret evincere.
Attamen
Sedet Tibi
Mens rectior
Et
Eorum numero
Mavis adſcribi,
Qui
Cum paucis
Bene,
Quam
Cum multis

Male

Male,
Sentire amant.
Hinc quoque
Secernis cautus,
Quæ
Longis paraſangis
Diſtant
Ab invicem,
Eorum
Veſtigia deſerens:
Qui
Summa miſcentes imis,
Sole velut in medio,
cœcutiunt.
Diffitendum quidem haud eſt,
Leges adeſſe,
Quæ
Premant pollicem.
Specietenus,
Huic
Præſcriptionis & Vſucapionis
Miſcelæ;
Sed
Niſi negligere
Nucleum,
Et delectari
Cortice,
Malis
ſub
Præſcriptionis
Voce
Vſucapionem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697003-p0005-1

Latitare
Haud refragaberis;
Id quod
Diverſa hic qui ſentiunt,
Fatentur tacite,
Dum
Præſcriptionem
quam vocant,
Acquiſitivam,
Effingunt gratis,
Entia
Præter neceſſitatem
Multiplicantes.
Hoc
In Tua Diſſertatione
Inter alia
Solide comprobas,
Et
Argumentis
Ex
Ipſa Rerum Natura
Petitis, edoces.
Quare
TIBI gratulor animitus,
Quod
E
Terris alieno Sole calentibus
Reverſus,
Cathedram conſcendas;
Et quas
Indefeſſo Studio,
Opes

Colle-

Collegiſti,
Ea vbertate
Nunc explices,
Vt
Expectationi Tuorum
Feciſſe ſatis,
Iure videaris.
Nolo
In tuas laudes excurrere
Prolixius,
Nec
Temet obtundere
Iis
Quæ
Afferunt alii
Ad
Eruditionis
Laudem ſibi parandam,
Pene dixerim,
Ignorantiam velandam,
Quo
Quinquennium
In
Academiis
Exactum,
Inter alia,
Suo retuleris merito!
Aſt Tu
Hoc aſcititio colore
Haud

Haud indiges,
Nec
Si quæ commendatio
Hinc
Petenda foret,
Hic
Laudis materia deeſſet,
Quid? Quod
Quos
Antiquitas olim præſcripſerat,
Terminos
quæ Tuæ eſt indolis,
Bonitas,
Gradu citatiori,
Anteverteris.
Age dum
Vſucape nunc
Summos
In Jure
Honores,
quibus
Summus Rerum Moderator
Addat
Incrementum & Perpetuitatem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697003-p0008-8

78 N 13 [53] X3012568

CVM
VIR NOBILISSIMVS ATQUE DOCTISSIMVS DOMINVS,

DOMINVS
CARL. ERDMAN. KIERIZ

IN
CELEBERRIMA SALANA
SVMMOS IN JVRE HONORES
ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA

IMPETRATVRVS
SVFFRAGANTE ILLVSTRI FACVLTATE IVRIDICA
PVBLICO ERVDITORVM CONFLICTVI
DIE MARTII M DCC XXII.
SESE COMMITTERET
IN
PERPETVAM AFFINITATIS ET AMICITIÆ TESSERAM
PAVCA HÆC GRATVLABVNDVS
OBTVLIT

J. W. Gerber.

MERSEBVRGI, TYPIS GOTTSCHIKIANIS.

UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 13 [53]
AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697003-p0009-7